Quelle: http://manuscripta.at/?ID=957
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uirtute fallax eni equus ad salute. Sicque uno certamine regnari comes quexullu ferebat primo impetu extinguitur. Confertissime acies aludewici socii irrupunt. & sicut ignis in stipula furit. & in momento cuncta deuorat. ita uires adusarioru ferro deteri: tire prosternunt. Exercitus karoli quoque cesus tuga uertit. & ludewici victoria fuit. Carolus uidens suos fugere & ipse fuga uita seruauit. sero secum reuoluens. quanti discriminis sit equitatis iura diuinaq humanaq legum institutionib; roborata. immoderate cupiditatis ambitione uiolari uelle. Acta est autem hec strages. viii. id oct. Posthec ueneri tres supdicti fratres in loco qui dr salaueld. & ibi diuiserunt patrnum regnum. Karlomannus sortitus est bauariam pannoniam & karnotum qd corrupte carantanum dr. necnon & regna sclauorum. bohemisium & marahensium. Ludewicus orientalem franciam. turingiam. saxoniam. frisiam. & partem regni lotarii. Porro karolo alamannia in parte cessit. & aliquot ciuitates ex regno lotarii. Karolus senior romam Anno dnice inc. dccc lxxviiii. sedo pfectus est. ut iam pdcm impris nomen a pstule sedis apice iotie ingenti pcio emerat. regnumq; italie magis in transeundo uidit. quam in fruendo potitus est. Ab urbe roma in longobardiam reuisus. bosoni germano richildis regine hirmingardem filiam ludewici impris in matrimonium iungit. Diesq nupciarum tanto apparatu. tantaq; ludorum magnificentia celebrat est. ut hui celebritatis gaudia modum excessisse ferant. Dedit insup eidem bosoni puinciam & coronam imperiale capitis posita. atq; rege appellari iussit. ut more psorum imperatorum. regibus uideret dignari. Euolutis deinde paucis diebus. papiam ingredit. In qua cum in disponendis publicarum rerum negocius animum intendere. repente nun-